



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 62. Bucicaldus in arce obsidetur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

fione Episcopo Cameracensi mentem suam sic aperuit, „ Dic, inquit, Filio „ meo Gallix Regi, quod eum huc „ usque tanquam bonum Catholi- „ cum veneratus sim, fraude tamen „ aliorum non ita pridem seductum „ suo tempore poenitebit. Quare „ bonis consiliis se regi sinat, nihil „ que agat, quo conscientiam lædat. „ Demum ira excandescens, se legitimum Papam esse, nec Tiaram dimis- surum, etiamsi cute exuendus esset, sæpius repetiit, ac discessit. Episcopus vero sumpto prandio, equo vectus, Villanovam, inde Balneolum oppidum in Gallia situm venit, ibidemque pernoctat, ubi Bucicaldum Mareschallum S. Andreae portum nono lapide ab Avenione distitum subiisse comperit.

§. LXII.

Bucicaldus Mareschallus Avenionem expugnat.

Ergo Petrus Alliacensis Bucicaldum Avenione convenit, inde ve-
ro

ro Parisios revertitur, & Mareschal-
lo demandatam sibi provinciam exe-
qui, ac Avenionensem urbem obsi-
dione cingere præcipit, quam paulo
post accedentibus civibus, Benedi-
cti tyrannidem exosis, armis suis
subjicit.

§. LXIII.

Benedictus in arce obsessus.

Benedictus, omnibus hisce infestæ
fortunæ casibus nequaquam per-
motus, constanter protestatur, se
nunquam renuntiaturum, etiamsi mo-
ri contingeret. Quare una cum suis
Arragonensibus ad arcem confugiens,
inde datis ad Martinum Arragoniæ
Regem literis, suppetias postulat,
quas tamen Arragonius, ne Regem
Galliæ sibi offensum redderet, ferre
renuit. Igitur Bucicaldus impune
arcem oppugnat, & Benedictus tota
hyeme tam arcta obsidione premitur,
ut nemini liber ad urbem vel ingres-
sus, vel exitus pateret.